



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

6. Dies Septemb. Magnanimo, nihil est magnum. Seneca epist. 23.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

igitur sapias, noli ulli extra Deum firmiter fidere; quia
omnis homo fallax: noli etiam leviter credere; quia
omnis homo mendax: quod si facias, damno tuo in-
telliges non esse à verò alienum illud Poetae:

Qui leviter credit, deceptus saepe recedit.

6. DIES SEPTEMB.

Magnanimo, nihil est magnum. *Seneca epist. 23.*

Magnani- I.
mitas.

Quod est Aquila inter volu-
cres; hoc est Magnanimus
inter homines. Nihil aestimat
magnum in terris, praeter
eum, cuius magnitudinis nullus est finis. Vin' nosse
genium magnanimi, indolem magnanimi: tatis? *Se-
neca utriusque lineamenta adumbravit: (a) Eris ma-
gnanimus, si pericula non appetas, ut temerarius, ne
formides, ut timidus: mensura ergò Magnanimitatis est,
nec timidum esse, nec audacem.* Generosa mentis e-
rectio adversus difficultatem, in virtutis exercitatio-
ne insurgentem, extra rem bellicam, ex eo satis su-
perque enitet; quod animum prodat verè nobilem,
qui virtutis objectu non deficiatur, sed potius auden-
tior contra eat; nec prius abstat conatu, quam per-
domitâ difficultate, & perruptis interpositis obici-
bus, gaudeant successu. Sine hac virtute, irriti cadunt
necesse est, conatus reliquarum virtutum. Cùm enim
certum sit, exercitationes quarumcunque virtutum
obseptas esse difficultatibus: sanè, ni mens adversus
eas per Magnanimitatem erigatur, vel nulla unquam
concipietur voluntas ex virtute operandi; vel con-
cepta ad maturitatem non perveniet: sed factò mi-
serè

(a) *Sen. 4. de virt.*

serè aborsu, interpositis partus difficultatibus, in ipso fruendæ lucis connisu, emoritur.

II. Magnanimi dicta sunt huiusmodi, quæ mereantur scribi in Æternitatis ara; facta, quæ non plebæ voces; sed seræ annalium testimonia celebrent, & posteritati commendent: (a) *Non potest quidquam abjectum, aut humile cogitare, qui scit de se semper loquendum.* Quælibet regio orbis, est ipsa palæstra virtutis. Præclarum Magnanimi habes simulacrum ex Diogene apud Dionem: (b) *Vir generosus, labores, putat esse maximos suos antagonistas; semperque amat cum his pugnare, tam noctu. quam interdum: non pro a-pio, ut mulieres; neque pro oleastro, aut pinu, sed pro fœlicitate, & virtute. Ne quem reformidet, neque optabit alteri fortuito congregari; sed ultrò provocabit omnes ex ordine, cumque fame contendet, & frigore, sitimque sustinebit, & virgis (si ita oportet) casus, & sectus, & ustus perferet: pauperatē verò, & exilium, & contemptum, ac similia, nunquam existimabit sibi gravia, sed valde levia; & virum perfectum illis ludere, sicut pueri solent talis, aut variegatis globis.* Magnanimitatis igniculi quidam se produnt in ipsa subindè prætexta. Hinc Themistocles, cum adhuc puer è ludo literario rediret; & eum Pædagogus obvio Pisistrato, de via decedere tyranno juberet, liberè respondit: Nunquid hæc via ei non sufficit? Aded quiddam magnificum, etiam in hoc dicto, & hæc ætate refulsit.

III. Quam verò, cum hominis natura consentiat hæc virtus; bene Seneca, qui omnia optimè expressit: (c) *Unus est, vitæ huius fluctuantis, & turbidæ, portus; eventura contemnere, stare fidenter, aperte tela for-*

Part III.

Y y

tuna

(a) Mamert paneg. ad Julian. (b) Orat. 8. (c) Ep. 04.

mina adverso pectore excipere, non latitantē, ac terrore
 santē. Magnanimos nos natura produxit; & ut quorū
 dam animalibus ferum dedit, quibusdā subdolum, quorū
 busdam pavidum: ita nobis gloriosum, & excelsum
 tum, querentē ubi honestissimē, non ubi tutissimē
 simillimum mundo, quem quantum mortalibus
 licet, sequitur, emulaturque. Profert se laudari, &
 gestit. Dominus omnium est, super omnia est. Ita
 nulli se rei submittit; nihil illi videtur grave; nihil
 virum incurvet. Sed nullā ex parte illustrius
 re liceat, magnanimitatis decus eximium; quā
 oculos defigas in characterismum, ac ideam
 tis animi, ac citrā ostentationem fortis. Ejus
 sionem ex institutione philosophicā sic suggestit
 dem Seneca: (a) *Qui Philosophiam, in remedium
 exercuit, ingens sit animo, plenus fiducia, inexsuperabilis,
 & major adveniēti. Quod in magnis evenit
 bus, quorum proceritas minus apparet longē intuentibus,
 cum accesseris, tunc manifestum sit quā in arduo
 ma sint. Talis est mi Lucili, verus & rebus, non
 cius Philosophus. In edico stat, admirabilis, celsus,
 gnitudinis vera: non exurgit in plantas, nec summo
 ambulat digitis; eorum more, qui mendacio statum
 adjuvant; longioresque quam sint, videri volunt. Con-
 tentus est magnitudine suā. Quidni contentus sit eo
 que crevisse, quo manum fortuna non porrigit? De-
 que, si ambis evadere magnus; in promptu est mo-
 dus.*

Evades magnus: si possis spernere magna.

(a) Epist. III.